

**Aneks nr 1 - Francois Hotman o rodzinie Firlejów [F. Hotmann, *De pignoribus et hypothecis*, Basileae 1576, s 3-8, s. 110-113]**

[s. 3] Verissime scriptum esse olim a M. Tullio, nihil esse dulcius otio literato, cum in omni vita sesi magnifice et amplissime domine Firley, tum vero praecipue quatuor fere abhinc annis quibus Gallia patria et parens mea mortifera duo perfidiae, et crudelitatis vulnera simul accepit, quorum memoriam boniomenes omnibus in gentibus non modo hac aetate detestantur verum etiam seculis omnibus detestabuntur. Quinetiam hoc tempore, cum illam funesto fatalique bello coflagrare cogito cum mihi ciuum vexatio direptioque, pulcherrimarum regionum vastitas, cum tot latrocinia, rapinae, coedes, incendia mihi ob oculos versantur, ut incredibilem animi moerorem, quem ex tanta calamitate percipio, leniam, nullum paratius solatium atque allevametum reperio quam libros [s. 4] et studium meum literarium, in quo aetas heac mea ingran(v)escens acquiescit. Ad hoc et legendi libros veteres et docendae iuventutis atque interpretadii iuris studium, addo etiam interdum scribendi laborem: qui mihi tamen plerunque nom labori sed summae voluptati atque oblectationi esse solet. Itaque superioribus mensibus locum delegi e medio iure civili nostro praeclarissimum et cum ad ingenii exercitationem, tum etiam ad usum vita et fori accommodatissimum “De pignoribus et hypothecis” et quae a Triboniano nostro disperse atque confuse tradita videbantur, ordine ac disposite tractavi. Cum pro recepta et iuveterara omnium consuetudine scriptum hoc meum edendum et sub insignis alicuius viri nomine promulgandum videretur: multis de causis ut illud amplissimo tuo nomini inscriberem, sum adductus. Nam si in patrono nobilitas et generis amplitudo quaeritur Fierleiorum gens inter antiquissimas Polonici regni familias numeratur: ac iam tum opibus et dignitate floruit, cum Vladislaus Lokietko Poloniae regnum obtineret, circiter annum Cristianaee salutis (I).CCC quo tempore Ostassius, vestri generis decus, amplissimum in regia Dapiferi munus susinebat: cuius cum posteri et virtutem imitati sunt et pari honore [s. 5] dignissimi semper habitu fuerunt, tum vero praeter caeteros gloria et laude praestit Nicolaus, qui (ut Annales nestri testantur) regnante Casimiro tertio in Bohemiam Vladislaum regis filium secutus militari laude floruit, Unde ad Baizetem Turcarum Imperatorem profectus, tam felix pacis inter ipsum et Poloniae regem auctor et conciliator fuit, ut omnes ei tam diuturnioris tranquillitatis qua Regnum vestrum hucusque usum est, laudem acceptam ferant. Qua de causa iterum ab Alexandro rege Iohannis Alberti fratre renovandarum pactionum causa missus cum re praeclare gesta redisset, praefectura et Palatinatu Lublinensi ab eo donatus est. Post etiam a Sigismundo summus copiarum dux creatus, cum Prussiam quae per ducentos et amplius annos a regno Poloniae per nefas avula fuerat, imperata facere et Albertum seniorem Marchionem

Brandenburgensem quii summo cum magistratu Cruciferis praeyerat abiurato superstitione militiae foedere sub luculento Ducatus titulo atque praemio Sigismundi primi, fidem sequi coegisset regni Pomerys et receptis et ampliatis, triumphabundus domum revertens, Palatinatu Sandomuriensi postremo etiam Castellanatu Cracoviensi (quae praeciva inter seculares dignitas [s. 6] habetur) honoratus fuit. Ex eo pater tibi natus est Petrus, qui ex clarissima et vetustissima Thecziniorum familia uxorem habuit et permiltis in patria functus honoribus Palatinatu generali terrarum Russiae decoratus obijt. Verum haec quidem de illo praestantiae genere quod prope alienum videtur: tibi certe cum alis comune est, Genus qui laudat fuum, aliena laudat: ut vetus poeta scripsit. Illud vere proprieque tuum et est et dici potest, magnifice amplissime Fierley, quod maioribus illis ortus atque artibus militaribus ornatus, non modo fortitudinem illorum imitatus est, verum etiam literarum prope omnium ac praesertim historiarum cognitionem summam ac plane singularem adiunxisti qua laude haud scio a nulla inter humanas sit quae magnos et insignes viros magis deceat. Nam si eos homines prudentia caeteris antecellere iudicamus, qui diuturno rerum usu et experientia periti sunt: quid de ys existimare debemus, qui beneficio historiae infinitas hominum actiones quasi ys ipsi interfuerint, notarunt atque animaduerterunt? Et vero unde maior comparari prudentia potest, quam ex obsevatione casuum humanorum et varietatis in vita? Cum clarorum et illusrium virorum partim felices et optatos [s. 7] partim exitiales et miseros exitus agnoscimus: potentissimorum Regm perfidiam, periuria, insanias supplicys omnibus vindicatas cernimus: Rerumpublcarum commutationes e monarchis in optimatum aut popularem statum: civitatum illusrium eversiones, atque nteritus: bellorum denique tum intesitinorum tum externorum calamitates et caetera generis eiusdem innumera ex quibus irati in genus humanum Dei ultiones cognosci licet. Ad hoc porro tantum ac tam singulare historiae cognoscendae studium accessit quasi virtutum caeterarum cumulus, pietatis et religionis castimonia: quam ita sinere et codate amplexus es ut vel hac una laude maiorum tuorum gloriam superares, quam utinam Deus Opt. Max, pro sua ustitata clementia et benignitate spiritu sancto suo adaugeat, ut non modo Firleii gentiles tui relqui, verum etiam ceteri Poloniae nobilitatis praestantes viri, quod te imitentur habeas(n)t et deum rerum omnium conditorem, qualem se in filio suo IESV christo Immanuele nostro patefecit, agnoscas(n)t. His igitur de causis magnifice et amplissime Firley, libenter hanc occasionem [s. 8] declarandi mei adversus amplitudinem tuam animi et de singularibus tuis virtutibus iudici ad posteritatis memoriam testificandi arripui: memori illus quae apud honorarium et praeclarae sententiae, paulum sepulta distat inertiae celata virus – Hoc aut meum institutum ut pro tua benignitate in bonam parte accipias, tametsi non secus te facturum confido, tamen ut quantopere id cupiam,

cognoscas, etiam atque etiam abs pero quaesque. Ex Bibliotheca mea X. kal. Mart. Anno (I). I)  
LXXVI. (20 lutego 1576)

[s. 110] Cum meam de Pignoribus commentationem ad Pandectarum nostratum rationem atque ordinem accomodatam nuper in Magnifici viri patrui tui nomine promulgandam curassem Andrea generosissime: optimum factu iudicani, hanc eiusdem argumenti apendicem, ad Codicis Iustinianei institutum accommodatam, tuo nomini inscribere: ut quos sanguinis et vetusissiae stripis communio coinugit, eosdem coniunctim, quo possem offici genere, demerem: atque ad maiorum tuorum praedicationem, quam superiore praefatione cursim attigeram, parentis tui magni et illustris viri Ioannis Fierley commemorationem adiungerem: cuius tanti ac tam praeclari hominis laudationem praeterire, mihi hac praesertim occasionem nacto, fas esse non putavi: nam cum per honorum omnium gradus a Sigismundo Augusto rege [s. 111] vestro tandem ad amplissimam Archimarescalli dignitatem perductus esset, tantam et Regi et regno fidem praestitit, ita fortem ac fidelem Reipub. Vestrae operam navavit, ut eum Rex morti proximus et de futuro interregno sollicitus, potissimum e sua nobilitate deligeret, cui Rempub. Ranquam orbam, sapienti ac fideli tutori comendaret. Qua de causa summam ei Palatinatus et Capitaneatus generalis Cracoviensis dignitatem attribuit, quo in magistratu neque Regis, neque procerum spem de ipsius virtute conceptam quefellit. Ita enim per illud interregni tempus sese gessit, ut cum alia omnia, quae ad patriae suae salutem pertinerent, studiosissime procuraret, tum vere praecipue in illusranda Dei gloria et Christi doctrina propaganda Dei elaboraret: neque quidam antiquius haberetur quam ut in illis Cimmerys tenebris, quibus ante heac terrarum orbis opperssus (opertus) fuerat, Evageli lumen accenderet: quo in sanctissimo pulcherrimoque instituto cum innumerabiles non adversarios, sed hostium et infestissimorum et potentissimorum copias haberet; tamen vix dici potest, quanta viritute, constantia et magnitudine anim conatus illorum eluserit. Et cum in eiusmodi animorum perturbationibus civiles dissensiones plerumque ad vim atque ad arma erupere soleant; tamen [s. 112] incredibile dictum est, quantam in omnibus consilis cantionem adhibuerit, quanta sapientia providerit, ne quid tumultus, aut seditionis ac discordiae civilis nasceretur: ut etiam ab acerrimis quibusque aduersarys boni civis et patriae amantis et senatoris egregy laudem ac testimonium adipisceretur. Tantam porro in Repub. gerenda et Marescallatu administrando moderationem tantam prudentiam ivstitam temperantiam ostendit, ut non modo suam futuro Regi dignitatem et Reipub. Auctoritatem consevaret, verumetiam unicuiqua tribueret. Que cum ita essent et Sathan perpetuus fili Dei hostis perpetuus (ut Scriptura loquitur) homicida, tam placidam religionis propagationem ferre nom posset, tantus, fato quomodam misero funestoque nobis

ereptus est. Nam cum in Cracoviensibus Regiae coronationis comitys et religionem et libertatem patriae vehementius adversus quosdam defendisset, paucis post diebus morbo correptus, ac tertio novi Regni mense extinctus est. Que non eo commemoro, generosissime adolescens, ut dolorem ac luctum animi tui renovem, aut augeam (neque enim haec propria tua calamitas fuit, sed tibi cum universa Repub. Cristiana communis) [s. 113] verum ut te cohorter ac moneam, ne rerum humanarum eventis ab optimis consilys institutisque abducaris ne ve casus illius recordatione a defendenda pietate, et patriae libertate propugnanda refugias: sed solius Dei providentia confidas, cuius in conspectu mors sanctorum (ut scriptura loquitur) pretiosa est. Peto etiam ab ste, ut saepe numero cogites, quantum maioribus tuis debeas, quantam de tua sive eximia indole, sine tam adulta viriture, quantam etiam de illustris Parentis olim tui, nunc etiam de Maginifici viri, patrui tui, disciplina sanctissima spem concitaris: bonasque artes ac litteras quo coepisti studio complector atque ut huic praefationi finem faciam, munusculum (dziełko) hoc meum ex Bibliotheca nostra depromptum, eo animo accipias, qui a me tibi offici causa defertur. Vale generosissime Adolescens et salve. Deus tuam adolescentiam singulari sua benevolentia complectatur.

**Aneks nr 2 - Podział dóbr pomiędzy synów po śmierci Jana Firleja [Archiwum Główne Akt Dawnych w Warszawie, Metryka Koronna, 135, k.773-777 - rejestr]**

Król potwierdza zeznanie Firlejów z Dąbrowicy: Mikołaja, wojewody krakowskiego, starosty nowokorczyńskiego, Andrzeja, kasztelana małogoskiego, Jana, podskarbiego koronnego, Piotra i Henryka, synów Jana, wojewody krakowskiego, złożone przed księgami kancelarii koronnej. Zeznali oni podział wszystkich dóbr ojczystych i matczynych w Królestwie. Mikołaj Firlej otrzymał Bejsce (Beyszcze) z dworem i folwarkiem oraz prawo patronatu tamże, Podolany z folwarkiem Mogolice i Stojanowice z przynależnościami, kamienicę murowaną w Krakowie przy rynku z przynależnościami. Na dobrach Bejsce, Grochowice i Morawiany ustanowione były zapisy w sumie 15 400 złotych, które Mikołaj wykupi. Andrzej Firlej otrzymuje dobra Kock (Koczko) z fortalicją z prawem patronatu i kolatury murowanego kościoła parafialnego tamże. Otrzymuje też przynależne wsie Górkę, Pożarów, Talczyn (Talcz) oraz część wsi Skromowice, Skromowska Wola, Rogala, Sułoszyn, Lutowice i Tarzów (Tharzow), folwark w Białobrzegach z częścią wsi Białobrzegi, Pogwizdów, Stoczek, Zakalew, Bodziniewice i Skarbiczecz, połowę dziedzicznego boru przy Ossawnie i Ossowiskiej Woli. Dobra Ossowno i Ossowiska Wola powinny zostać podzielone w ciągu osiemnastu tygodni przez Andrzeja Borkowskiego, pisarza ziemskiego lubelskiego. Jan Firlej uzyskuje wsie Babice z dworem, folwark Barów, Szczelice i Niegoszewice w ziemi krakowskiej. Wieś Niegoszewice została zastawiona i winien ją wykupić. Dostaje też część wsi Ossowno z folwakiem Wola Ossowińska z folwakiem, Sietno, część wsi Osczepal w powiecie lubelskim, ogród w Krakowie na przedmieściu zwanym Mikołajskie, czynsz wykupny z cła portowego krakowskiego, przy czym czynsz ten i karczma w Balicach należy dożywotnio do Jana Wróblowskiego. Dostaje także stary dwór z ogrodem, położony w Lublinie pod zamkiem. Uzyskuje prawo patronatu kościoła szpitalnego na ulicy Długiej w Kocku. Dostaje prawa do gruntu we wsi Białobrzegi, scedowane przez kasztelana małogoskiego, może na gruncie tym zbudować spichlerz, do zboża spławianego Wieprzem. Piotr Firlej uzyskuje miasto Markuszowice z fortalicją, z prawem patronatu tamtejszego kościoła, wsie Łany, Kalinie, Zabłocie, Kłoda, Barłożyska, Łakocz, Boboniska, Ostaszów z folwakiem Dembicza i folwakiem Tarkawica. Piotr Firlej ma spłacić pewne sumy braciom na najbliższe Boże Narodzenie w grodzie lubelskim, Andrzejowi, kasztelanowi małogoskiemu. 500 złotych, Janowi, podskarbiemu, 500 złotych, Henrykowi 1000 złotych. Henryk Firlej, z innej matki,

Barbary Mnischowej, otrzymuje dobra Ciemierniki z prawem patronatu tamtejszego kościoła, z dworem i folwarkiem oraz wsiami Stoczek, Wygnanów, Skoki, Wierzchowiny, oraz zagrodników należących do dworu ciemiernickiego. Dostaje też dwór Ostrów z folwarkiem i ze wsiami Ostrówek, Kamionowa Wola, Łossawa i Żórawiniec. Na prawie lennym otrzymuje zaś wieś Ruda z folwakiem Janów i trzecią część miasta Sorokomla, dlatego ma wypłacić każdemu z braci po 700 złotych . Dostaje także spichlerz nad rzeką Wieprz w dobrach wsi Górką. Mikołaj Mniszech, starosta łukowski winien w ciągu sześciu tygodni przeprowadzić rozgraniczenie dóbr Ostrów, Dembica i Tarkowica. Porównanie dóbr i oprawy dóbr matki na Balicach z przynależnościami i na kamienicy w Krakowie wycenione zostało na 35 tysięcy złotych, z czego oprawę wyceniona na 23 tysiące złotych. Podzielone zostają także wszelkie sumy dłużne. Wadium w sprawie ustalone na 10 tysięcy złotych